

verensflämmer med förnuft och mencklighet: så lem-  
nas ledamöterna af Presteländet fritt val, att förvand-  
la sig till folklärare, i hvilket fall de skola njuta ett  
anständigt underhåll af Staten; börandes de likväl i  
sina föredrag striete hålla sig efter den ritual och in-  
struction, som Riksförsamlingen nu för dem utfärdar,  
i enlighet med Strauss' förklaring af Gamla och Nya  
Testamentets skrifter, sådan den i svensk översätt-  
ning, jemte ändringar och tillägg blifvit allmänheten  
från Astonbladstryckeriet meddelad; äfven som det ä-  
ligger desä Folk lärare, att hos folket i synnerhet in-  
skärpa läran om människans rättigheter. Men här och  
en Prest, som icke vill ställa sig förenämde instruc-  
tion till efterrättelse, vare sin tjänst och embete för-  
lustig, dereft han vidare undersår sig, att fortplanta  
den fordna vidskepelsen om en Gudamenniska på  
jorden o. s. v."

Quid? eungetabuntur? Non parebunt opinor plebi-  
scito. Videlicet relictis piscibus sequentur Christum  
ista præclara ingenia, qui jam proximis hisce co-  
mitiis ne verbo quidem tangere ausi sunt gravissimas  
vitæ et necis quæstiones, ne nimirum in invidiam at-  
que suspicionem incurrerent apud contrariæ factionis  
patronos. Immo vero, non modo parebunt, sed læta-  
bundi et cum gratiarum actione acceptabunt conditio-  
nem, atque in decreto decretorum *"maximas se agere  
atque habere gratias, inquit, humanitati populi,  
quod se salvos atque incolumes esse voluit, cum par-  
vula mutatione tituli atque officii, ut scilicet pro Chri-  
sto atque Evangelio prædicarent Politiam."*

Mendacium! Blasphemia! Infamia! Non est possi-  
bile. Audio; vellem et ipse ego divinationem meam

perituram in hoc ipso momento, nisi historia, rerum-  
que humanarum consideratio aliud svaderent. In me-  
moriæ vobis omnibusque dubitantibus revocanda est  
non minus memorabilis illa, quam miserabilis nationis  
Gallicæ feditio, atque horrenda omnium humanarum  
divinarumque rerum perturbatio; cum, libertate popu-  
lo restituta, occiso rege, innumerisque civibus tru-  
cidatis, immortalitatis spes inter maxima pristinæ su-  
perstitionis deliria habebatur, ipsiusque Dei existentia  
in dubium vocabatur; quam ob causam omnium eru-  
delissimus tyrannus Robespier, ne popularitatem suam  
apud plebem amitteret, demum coactus fuit in con-  
ventu publice demonstrare existentiam Dei, animæque  
humanæ immortalitatem, quo suffragante fit decretum  
populi: *"quod sit Deus, quodque anima sit immorta-  
lis."* Quid fecerunt in simili casu, cujus supra men-  
tionem fecimus, ingenia illa præclara, quæ paulo an-  
te elata et prævilegiis freta vix sub eodem tecto cum  
alterius ordinis membris deliberare de statu repu-  
blicæ sustinuerunt? Hilares opinor et libenter mor-  
tem atque exitium pro religione Catholica, ad quam  
conservandam atque defendendam omnes sese iureju-  
rando obstrinxerant, sabiere. Immo vero, non modo  
non cervices præbuere, sed præeunte Archi — Episco-  
po Lutetiano, comitantibusque ceteris Episcopis,  
Doctoribus, Presbyteris et Sacerdotibus, religionem  
Catholicam publice, tamquam summam stultitiam atque  
superstitionem, coram frequentissimo tribunorum plebis  
conventu abdicarunt, abjuraverunt, deposuerunt. Et  
quodnam fuit præmium denegatæ religionis ac fidei?  
Ipsi videatis, ex historia erudiamini. Sed satis dixi;  
cetera divinabitis ipsi.